



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Incipiens ab Anno Domini D.XC. perueniens vsque ad DCC.XIV. nempe à Gregorio Magno Romano Pontifice, vsque ad Gregorium secundum

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annvs 677. Doni Pap. Annus 2. Const. Pogon. Imp. Annus 10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15007**

catum esse Pontificem, Theodorus Constantiopolitani Patriarcha nequaquam ex more Synodalem ad eum epistolam dedit, cum probe sciret minime ab eo fore recipienda; quod haereticis nomine à Romanæ Sedis Pontificibus à communione Catholica haberetur extorsivetur hortatorium ad eum epistolam misit, ut aliquando tandem inter Orientalem & Occidentalem Ecclesiam concordia sanciretur. Quid ad hæc Donus Papa rescripserit, ignoratur: de litteris autem Theodori ad ipsum testis est epistola à Constantino Imper. ad eum scripta, quam suo loco reddemus.

VIII. P. XI SAR RACINIS EXPETITA

\* Maronitæ. REX SAR RACANO RUM PACEM PETIT AB IMP.

Hoceodem anno, qui nonus Constantini Imper. numeratur, habent Græcorum Annales, Saracenos, composita cum Romanis pace spatio triginta annorum, concessisse annum pendere ipsi tributum. Quanam occasione tumentes animo barbari in eiusmodi coniecti fuerint necessitatem, ex Theopaneita accipere. Anno nono Imperij Constantini ingressi sunt Maritima Libanum, & tenuerunt à Mero monte usque ad sanctam civitatem, & ceperunt castrum Libani, & multos captivos & servi & liberi fegerunt ad eos; ita ut multa millia in hæc tempore fierent. Quibus compertis Mabuias & consiliarius eius timuerunt valde, colligentes, quod Imperium Romanorum diutius minueretur, & duxerit legatos ad Principem Constantinum, postulantes pacem, & pollicentes annua se imperatori pax illa latuerunt. Ast Imperator huiusmodi susceptis, eorumque petitione audita, desideravit cum eis in Syriam Ioannem Patriarcham cognomento Pizigaudin, tanquam antiquæ præcipua viram Republicæ, & multorum negotiorum expertam, atque magnam consuetum prudentiam ad disputandum apertissime cum Arabibus, & que pacis sunt, causam perstruendum.

IX. \* COLIBOQUIE

FACIES CONVENTIS FAX STATUTA

Qui cum venisset in Syriam, caecatione Mabuias tam Amiricorum, quam Geraphorum efficit, suscipit eum cum honore magno. Multis ergo inter eos verbis pacificis editis, convenit inter utramque, in scriptis fieri pacis cum iurando sermone super consonantia annis pacti, præbendis videlicet Romana Republica ab Agarenis auri librarum tria millia, viros captivos quinquaginta, & equos nobiles quinquaginta. His ex communis placito inter utramque partem firmatis, & in triginta servandis annis mutuo re-promissis, amplissima pax inter Romanos & Arabes est effecta: sique generalibus duobus inscriptis verbis ad alterutrum cum iurando patratis, & in vicem traditis, sepelitur famosus vir ad Imperatorem cum muneribus quoque multum reversus est. Cum hac autem didicissent, qui Nestoriani partes inhabitant, tam videlicet Calanus Anarum, quam Exarchi & Caspalia, nec non & Principes nationum ad Occidentem sitarum, per legatos muneribus Imperatori transmisit, pacificam erga se dilectionem populi firmantem. Annuus itaque Imperator postulativibus eorum, confirmavit etiam circa illos donatoriam pacem, & facta est securitas magna in Oriente, nec non & in Occidente, hæcenus Theopanes. Admiratione quidem dignum fuit, quod qui vniuersum orbem terrore concusserant, magnaque ex parte vastarant, eo humilitatis consternati deuenierint, ut pacem sponte enixe rogarent, muneribus redimerent, & per solutione tributi firmarent. Præstita sunt tanta hæc Catholico Principi, sub cuius antecessoribus hæreticus Imperatoribus Imperium florentissimum in vltimam discrimen perductum fuerat, iamjam penitus collapsurum.

X.

a Beda in epist. histor. Angl.

PERSECUTIO IN ANGLIANA ECCLESIA.

b Beda li. 4. ca.

Eodem anno Anglorum Ecclesia in Cantia bellorum incursionibus dire vexatur. Cum enim anno superiori (vt Beda auctor est) mortuus esset Wulfhere Rex Merciorum, qui in locum eius successit Edilredus, comparato exercitu, ingressus Cantiam, absque delectu rerum sacrarum ac profanarum cuncta vastauit. Regnabat eo tempore Cantuariorum Rex Lothari, qui successerat fratri Egghetto defuncto ante annos tres, nempe (vt idem testatur) anno Domini sexcentesimo septuagesimo tertio. Ex his autem maiores creuere S. Theodoro labores, cui non solum Doronertensis Ecclesiæ, sed totius Angliæ à Romano Pontifice veluti Apostolicæ Sedis legato cura creditur; adeo ut eius penderet arbitrio, quem vellet Episcopatum sedere, vel sede moueri. de ipso enim ita Beda b 1 Non multo post hæc elapso tempore offensus à VV infido Merciorum Episcopo per demeritum causam inobediencia Theo-

dori Archiepiscopi deposuit eum ab Episcopatu post annos sexagesi Episcopatum non multos, & in locum ipsius ordinavit Episcopum Sexulfum, ita quidem secundum illud Apostoli in promptu habentes vltis omnem inobediencia. subde-rem Beda de Ercowaldo eodem tempore ab eodem Theodoro ordinato Episcopo Londonensis viro sanctissimo, nec non de eius locore sancta virgine Edilburga, cui idem frater ante Episcopatum extracte mensuriterium, in quo tum ipsa mater omnium, tum alie eius subditæ discipule egræ hie hoc tempore florentius sanctitate; de quatum felici ad Deum transitu idem Beda æque historiam scripsit.

Florebat siquidem his temporibus Ecclesia Angliana velut paradisi Domini, abundans illis sanctarum virginum, atque violis eorum sanctorum monachorum humiliori loco latentium: sed & sanctissimi quoque abundanti Episcopis, inter quos pariter idem, de quo mentio est, Ercowaldus egregia clarus sanctitate, vt idem auctor paucis his docet: Illius viri & in Episcopatu & ante Episcopatum vita & conuersatio ferre iuste sanctitas, sicut etiam nunc celestem signa virtutum indicia sunt: etiam que hodie feruntur eius calidiorum, quo insistent vltis solent, natus à discipulis eius, multos fructificantes, vt alie quatuor commodo sepos sanare non desistunt non solum antea sepositi sed dem ferret vel appositi curantur egypti, sed & asola de die ab ipso atque ad infirmos allata citam illi solent offerri mediam. hæc de eo Beda, quem inter sanctos receptum videtur Catholica Dei Ecclesia colit, annuientia die recolens etiam memoriam trigesima mensis Aprilis d.

IESU CHRISTI ANNVS 677.

DONI PAP. CONST. POGON. IMP. ANNVS 2. ANNVS 10.

ANNVS Redemptiois sexcentisimus septuagesimus septimus, Indictione quinta inchoatur, quo Imperator Constantinus solutus bellis cura hæc composita cum Saracenis, ad pacem Ecclesiæ reconuulsum totum adiecit animum: sed obices motu pulsi hæc Theodorum Constantiopolitanum Episcopum, & Macritium Patriarcham Antiochenum significare hæretici Monothelitarum, eisdemque accerimus aduersariis Pontificum Romanorum. Nam vnus ex eoque Florentissime, quem ab iporum partibus iudicem inueniebatur, aliorum neminem recitandum posuimus in facta Ecclesiæ diptychis egeruntque apud Imperatorem, vt in eadem in eadem sacras tabulas nomen Vitaliani Pontificis deleteretur: quod Imperator faciendum omnino negavit, eo quod animo conceperat pacem inter Orientalem & Occidentalem Ecclesiam, vbi primam licentiam, contra componere: cuius rei gerende anno sequenti, videlicet (cepit tacere fundamenta; quod de hoc ex eadem sententia consecutus est, inuitis licet hæreticis, ac diciturum subiectionibus sepe fomitem.

Egit itaque Imperator, vt omnino Vitaliani nomen sacris tabulis retineretur, reliquorum vero Romanorum Pontificum nomina, qui in hunc vsque annum Romanæ Ecclesiæ præfuerunt, ex decreto sacri Concilii postea reciperentur in diptycha. Hæc quidem omnia transacta esse inter duos illos Patriarchas hæreticos & Imperatorem, epistola ipsius ad Donum Papam anno sequenti scripta testatur. Verum licet ita illi polliceretur Imperatori, vt nomen Vitaliani Papæ inueniret in diptychis: postea tamen idem, vel inuicio, vel inscio Imperatore, minime steterit promissis, sed dicitur Pontificis nomen de diptychis amouere, euertereque petere. Hæc idem ita ab ipsis factum esse, declarat Acta Sexæ Synodi in octaua Collatione, vbi actum est, vt nomen Vitaliani in sacra diptycha retineretur, & quibus fuerat sublato.

Quod igitur reliquis abiectis, vnum sibi honorandum heretici vendicant Honorium, haud modicam illi de sancto licet, constant inuidiam, in suspicionemq; talio adductus est committitur cum hereticis, a quibus ipse Honorius, exclusis ceteris, recipi & honorari scelerat. ex quo factum est, vt qui inter damnatos Monothetam in diptychis reperitur adscriptus, postea vna cum alijs fuerit pariter relictus eadem alperius infamia: sed calumniose cuncta pertractat, dicitur inferius. haec autem dicta sunt, vt causa pateat, cur apud Orthodoxos nonnullis Honorius Papamale reperatur audisse, arte in tantum dolosa hereticorum, qui, licet calumniose, etiam cum ipis sententia Honorium fuisse, scriptis delictique iudicent, vt & superius est demonstratum in Pytho disputante cum Maximo.

Eodem anno, qui & secundus numeratur coepit persecutionis, que grauitur exagrat Ecclesiam Anglicanam in Cantia, de ea ita Beda occasione Rhofentis Ecclesie a: Anno Domini Incarnationis sexcentesimo septuagesimo septimo, cum Edred Rex Merciorum adueto magno exercitu Cantiam ingressus, & Ecclesiam ac monasteria sine respectu puniti vel diuini timore saeculati, ciuitatem quoque Rhofensium, vt querebat Duxa Episcopus, quamuis eo tempore absens, amaram clade absumpsit: quod ille vbi conperit, Ecclesiam videlicet suam rebus ablatis omnino depopulatam, diuersit ad Theodosium Merciorum Antiquum, & accepta ab eo possessione Ecclesiam causam & agelli non grauid, ridens in pace vitam finit, nil curans de restaurando Episcopatu suo regis, quia (sicut & supra dicimus) magis in Ecclesiasticis, quam in mundanis rebus esse indifferens, sed in illa solum Ecclesia Deo seruire, & vbiuicere persequatur, ad decem Ecclesiastica curam diuertens. Pro quo Theodosius in ciuitate Rhofensium conferauit Episcopatum, sed ille post non multum tempore pra lingua rerum ab Episcopatu decedente, atque ad alia loca recedente, Gebmundum pro se iussit Antiquum, hac Beda occasione Rhofentis Ecclesie.

Eodem anno Andoenus ille admirandus Rothomagensis Episcopus ex hac vita migravit, vt eius Acta testantur, in quibus haec scripta leguntur: Anus igitur sexagesimo nono mensis Octobris pro decimo sexto Theodorus Rex & Ortilia Regina, res palatij administrante VVarratore subrogato, apud villam Clypium, vbi tam vir beatus de pace inter Francorum populos consultata numerum attulerat, iam longeva aetate sena insensum in meribus incidit. Appropinquabat enim iam aetate, quo expectat diffidit, & esse cum Christo, terraque relicta, poterat videri, & videre iam facie ad faciem, quod in longaeuam temperantiam vultu. Cuiusque scilicet corpus attenuatum, & rotundum sicut iam immittens cernere, obsecrabat Donum, vt sua eius idem passio committeret. Denique horribiter Regem, vt ablatam auiditum sibi faceret successorem: quod & factum est. Postremo sibi ad Dominum precibus, gregem suorum illi dante commendauit, atque ita spiritum reddidit in manus Creatoris castissimus choro sociandus, & gloria sempiterna perfruendus. licet enim ibi de tempore obitus: de furete autem, & pluribus ex eius corpore eduis miraculis, idem au Grouentius narrat, qui eius vitam egregis factis curauit hunc scriptis tradidit.

Quod igitur pace confecta inter Francos populos, non ubi illi auctor adli met: quoniam ante prececessisset discordia, ex eodem hic accipe e: Orta, inquit, erat discordia inter Francos & Anstrabes. Vir beatus componende paci causa Colmanem venit. Vbi cum martyrum monumenta perlustrasset, atque suo more reliquias ex eorum monumenta ablutas suas cum magno honore asportaret, obuium habuit mutuum quendam, qui tam auro vultum nullum cuiquam verbum faldit. Porro autem Dominus tot annis illum sic permanere in fano sui dulciter honorat, vt per eum facilius ei loquendi restitueret, & sua eadem lingua in Christi laudes erumperet. Illi autem mutuo vir desiguntur Crux impressit, caput eius configians, nec ipse loquuta est lingua diu tacens. Tam veru inter discordas populos insularum pacis sedere, inde discedens in Anstram, Viri suum peruenit. Cum autem in eius vrbu Ecclesiam ingrederetur, mulier quaedam de uentura reuocari cepit miserabiliter: frendens, que dicitur in vrbu Dei epulo eius inuehod. At vt beatus manu ca-

put eius stringens, illico demonum circit, sanamque illum parentibus reddidit. haec sunt, que proxime eius praecellisse obitum Deus voluit post alia multa antea miracula edira, quibus eiusdem transitus veluti diuini sanctitatis testibus illustraretur: si que factam est, vt precedente vite sanctitate per istiusmodi signa Deo loquente, idem inter sanctos ab Ecclesia Catholica fuerit adnumeratus, & annis singulis repetendus ipsius natalis dies referretur in tabulis Ecclesiasticas.

IESU CHRISTI  
Annus 678.

AGATHONIS PAP. CONST. POGON. IMP. Annus II.

SEXCENTESIMVS septuagesimus octauus annus Redemptionis sexta Indictione numeratur, quo tertio Idus Aprilis moritur Donus Papa, cum sedisset annum vnum, menses quinque, dies decem. Porro eius reliquias res gestas Anastasius ita narrat: Hic atrium beati Petri Apostoli superius, quod est ante Ecclesiam, in quadriporticum magno marmoribus stravit: sed & Ecclesiam Apostolorum suam via Ostiensis (vt dicitur) restaurauit atque dedicauit, itaque Ecclesiam sanctae Euphemie postiam via Appia similiter dedicauit: iterum diuersis ordibus & honoribus ampliauit. Hic reuerit in vrbe Roma, in monasterio, quod appellatur Boetianum, Nestorianos monachos Syros, quos per diuersa monasteria diuisit, ad penitentiam scilicet. In praedicto monasterio monachos Romanos instituit.

Huius temporibus Ecclesia Ravennas, que se ab Ecclesia Romana segregauerat causa primatus, demo se proxima Sedis Apostolica subrogauit: cuius Ecclesie Praesul nomen Reparatus eius regio, vt Deo placuit, vitam finit. Iubdit de cometa, qui eius temporis apparuit per menses tres, quem penitentia subequata est, de qua inferius dicturi sumus. Ad postremum haec de eodem: Fecit ordinationem vnam, creauit presbyteros decem, diaconos quinque, Episcopos per diuersa loca numero sex. Constanti Episcopatus eius menses duos, dies quindecim. huc usque Anastasius. Vtrum ad aliquot menses amplius propagasse Sedem Donum Pontificem, epistola Constantini Imperatoris ad ipsum scripta existimat suadet, cum data reperitur hoc eodem anno pridie Idus Augustas, Indictione sexta, que enim ratio patitur, vt post menses quatuor adhuc lauceit Imperatorem obitus Romani Pontificis: At de eiusdem Imperatoris epistola ad Donum Pontificem data agamus.

Haud enim Deo ingratas Constantinus Catholicus Imperator de acceptis ab eo beneficiis has immolandas hostias ipsi gratissimas existimauit, vt Monothelitarum ingruentem haerelium condemnare penitusque sepelire curaret, & Orientalem Ecclesiam ea ex causa a Romana diuisam, Catholice fidei compagine eidem Catholica communione coniungeret, barbaris omnibus, qui haec tenus post longissimi temporis spatium Romanum denasstant Imperium, iam pace firmatis, & Saecularis redditus tributariis, que tanta quis prudens neque animo concipere valuisse. Tot igitur tantisque acceptis a Deo Imperator Catholicus beneficiis, que nec sperari posse videbantur, nihil antiquius habuit, quam bene vti concessa diuinitus pace, ad comprimendum nimirum exortum inter Christianos ciuile bellum, intestinamque discordiam effugandam: cuius rei gratia litteris compellendam Pontificem Romanum existimauit, ipsum, inquam, quem adhuc putabat superstitium esse Donum. Extant ipse integras ante ingressum Sextae Synodi collocata, vt pote ad eam Synodum praambulares, quas hic tibi reddendas necessitas postular argumenti, ac primum qui eis in scriptis est titules verbis istis:

In nomine Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi Flauus Constantinus Fideles, Magnus, Imperator, Dono sanctissimo ac beatissimo Archiepiscopo antiqua nostra Roma, & vniuersis

d. Maryrel Roman die 24. Augusti

I. DONVS PAPA MAGNVS

II. EPISC. RA VEN. SVB DIDIT SE RO. PONT.

III. CONSTAN TINI IMP AGIT DE PACI EC CLIS. commedare.

IV.

